Fragmentarium

cantabant quasi canticum novum
ante sedem dei: et ante quatuor ani
malia, qui empti sunt de terra. Hii
sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati. virgines enim sunt.
Hii sequuntur agnum quocumque
ierit. Hii empti sunt ex omnibus
primicie deo et agno: et in ore eo
rum non est inventum mendaci
um. Sine macula sunt ante
thronum dei. Graduale.
Anima nostra sicut passer erepta est de
laqueo venancium. V. Laqueus contri
tus est et nos liberati sumus adiutorium
nostrum in nomine domini qui fecit celum et
terram. Alleluya. V. Te martirum
candidatus laudat exercitus domine. Sequencia.
Celsa pueri concrepent
melodia. Eya innocentum co
lentes tripudia. Quos infans christus hodie
vexit ad astra. Hos trucidavit frendens
insania. Herodiane fraudis ob nulla
crimina. In bethleem ipsius cuncta
que confinia. A bimatu et infra iux
ta nascendi tempora. Herodes rex christi
nati verens infelix imperia. Infremit
totus et erigit arma superba dextera.
Querit lucis et celi regem cum mente
turbida. Ut extinguat qui vita prestat
per sua munia. Dum non valet vitu
[illegible] lucem splendidam nebulosa querens
[illegible]. Iam fervet fraudes augens.
[illegible] sevus ut [illegible] agmina.
Castra milicium dux magnus aggre

gat ferrum figit in membra tenera.
Inter ubera lac effudit antequam
sanguinis fluerent coagula. Hostis na
tivi natos [illegible] iugulat. An
te prosternit quam etas parvula. Summat
[illegible]. Quam beata sunt innocentum
ab herode cesa corpuscula. Quam feli
ces exstitere matres que fuderunt talia
pignora. O dulces innocentum acies o
pia lactentium pro christo certamina.
Parvorum truncantur milia membrorum
ex teneris manant lactis flumina. Ci
ves angelici veniunt in obviam. Mi
ra victoria vite captat premia turba
candidissima. Te christe petimus mente
devotissima. Nostra qui venisti refor
mare secula. Innocentum gloria
perfrui nos concedas per eterna.
In illo. Angelus. Secundum mathium
domini apparuit in somnis ioseph
dicens. Surge et accipe puerum
et matrem eius et fuge in egiptum:
et esto ibi usque dum dicam tibi. Fu
turum est enim: ut herodes querat
puerum ad perdendum eum. Qui
consurgens accepit puerum et ma
trem eius nocte et secessit in egip
tum: et erat ibi usque ad obitum
herodis. Ut adimpleretur quod
dictum est a domino per prophetam
dicentem. Ex egipto vocavi fili
um meum. Tunc herodes vi
dens quia illusus esset a magis:
iratus est valde. Et mittens oc

In diebus illis. Stephanus plenus gra
cia et fortitudine faciebat prodigia et sig
na in populo. Surrexerunt autem quidam
de synagoga que appellatur liberti
norum et cirenensium et alexandrinorum et
eorum qui erant a cilicia et asia: dispu
tantes cum stephano. Et non pote
rant resistere sapiencie et spiritui qui loque
batur. Audientes autem hec: dissecaban
tur cordibus suis. et stridebant denti
bus in eum. Cum autem esset ple
nus spiritu sancto: stephanus intendens
in celum vidit gloriam dei et [illegible] iesum
stantem a dextris dei et ait. E[illegible]
[illegible]
[illegible] video celos aper
tos: et filium hominis stantem a dextris
virtutis dei. Exclamantes autem vo
ce magna continuerunt aures suas:
et impetum fecerunt unanimiter in eum.
Et eicientes eum extra civitatem: lapi
dabant. Et testes deposuerunt vestimen
ta sua secus pedes adolescentis qui vo
cabatur saulus. Et lapidabant stepha
num: invocantem et dicentem. Domine
iesu: suscipe spiritum meum. Positis autem
genibus: clamavit voce magna di
cens. Domine ne statuas illis hoc pecca
tum. Et cum hoc dixisset: obdormi
vit in domino. Offertorium.
Sederunt principes et adversum me lo
quebantur et iniqui persecuti sunt me. Ad
iuva me domine deus meus salvum me fac
propter misericordiam tuam. Alleluya.

Video celos apertos et iesum stantem a
dextris virtutis dei. Sequencia.
Magnus deus in universa terra. Mag
na sunt eius ubique omnia in celo at
que in terra opera. Qui est rex regum do
minus omnium a patre genitus ante secula.
Cuius caritas vera celo sublevat stepha
num de terra. Atque plenum vita exuit ca
duca digniter corona. Plenus etenim fi
de plenus caritate atque gracia. Magna fa
ciebat prodigia docens verissima dogmata.
Cum autem predicaret iam presentia.
Nostre redempcionis nova gaudia. In
tento in superna celi patere ianua. Pre
que cunctam plebem voce perplexa. Sanc
tus plenus gracia. Ecce dei video admira
bilem gloriam. Caritate fulgida. Et
que iesum stantem ad dextram dei dextera.
Cum hoc audisset impia gens iudaica.
Dans fremitum concita. Quassat lapi
dibus stephani membra. Set stat forti
patiens martir et orat. Ne his christe
ignorans statuas. Set iam accipe animam
meam. Et cum hoc dixisset in domino
obdormivit pace eterna. Tu et nobis in
eterno stephane sempiterne impetra gau
dia. Ewangelium. Secundum Matheum.
In illo tempore Dicebat iesus turbis
iudeorum et principibus sacerdotum. Ecce
ego mitto ad vos prophetas et sapientes
et scribas: et ex illis flagellabitis in
synagogis vestris. Et persequemini
[illegible] de civitate in civitatem: ut veni
at super vos omnis sanguis iustus

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, 2201 # 38, fol. [4]v-[3]r – Ceremonial (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i726/8054/63649)